Nr. 141
Andreas Karlstadt an Georg Spalatin

Wittenberg, 1519, 4. Dezember

Bearbeitet von Alejandro Zorzin

Einleitung

1. Überlieferung

Editionen: Olearius, *Scrinium* (1671), 62–64. — Olearius, *Scrinium* (1698), 62–64. — Gerdes, *Scrinium*, 330f.
Literatur: Barge, Karlstadt 1, 184. — Müller, Wittenberger Bewegung, 360f. — WA.B 1, 570 u. Anm. 5f., Nr. 227.

2. Inhalt und Entstehung

Karlstadt bittet Spalatin, sich für den mittellosen Nikasius Claji einzusetzen, der seit langem eine Pfarrstelle sucht. Claji bringe den Ernennungsbrief für die Pfarrei [Schmiedeberg] mit, um vom Kurfürsten die Präsentation auf die Pfarrstelle zu erlangen. Spalatin möge in der ihm eigenen Hilfsbereitschaft Armen gegenüber seine vielfältigen Tätigkeiten einstweilen zurückstellen und dem Bittsteller beistehen. Da Claji die anfallenden Kosten nicht zahlen könne, möge Spalatin in Karlstadts Namen den Kanzleivorsteher Hieronymus [Rudelauf] bitten, den Zahlungstermin bis auf einen passenden Zeitpunkt aufzuschieben, an dem er von Claji die Summe bekommen werde.

Text

[62] Ad manus mei Charissimi et eruditissimi Patroni Georgii Spalatini, maioris etc.

S'alutem'. Spectabis Colendissime Patrone, qua fortuna ad te venit Hertzbergius[1] tui et Reverendi Patris Martini[2] studiosissimus. Equidem quod [63] ad meum attinet officium Dominationem tuam maximopere rogo, ut digneris pauperi prodesse, quo citius queat assequi, quod inopia diverberatus quaesivit saepius, scis enim quanto tempore fuerit sacerdotii petitor, et nunc literas nominationis[3] ad illustrissimum Principem Electorem[4] et Mecaenatem nostrum affert, causa consequendae praesentacionis.[5] Verum non sum usque adeo de tuo erga pauperes desyderio et auxilio dubiosus, quod velim tibi ferendarum suppetiarum animum ingenerare, quem dudum non ignoravi, te habere clementem et ardentissimum. Hoc duntaxat conor, ut si quae te negocia quorum multitudine quotidie premeris occuparent, excuteres tantisper, donec promoveatur indigus auxilii tui. Furare igitur laboribus assiduis tempus, operam perpetuis orationibus demerendam. Et vale feliciter. Dat'um' Do'minica' secunda Adventus[6], Anno MD XIX.

Cum isthaec meditor, reddit me certiorem Hertzbergius[7] sibi no esse tot pecuniarum, ut satisfacere valeat Cancellariae. Intercede ideo per Deum, me nomine, apud Ieronymum[8] Principalem Ducem eiusmodi Cancellariae, ut terminum solutionis differat, in tempus solutioni commodius, et omnia ab illo recipiet. Vellem [64] praecipue Principem Illustrissimum bene valere, dein salutari milites Hirsfeldium[9], Dolck'zigium'[10] Ieronymum[11], Taubenheymium[12], et D'omi'n'um' de Tungen[13].

Tuus totus et totaliter
Carolostadius

1 Nikasius Claji (aus Herzberg); zu ihm vgl. KGK I.2., Nr. 72, S. 747, Anm. 1.
2 Martin Luther.
3 Ernennungsbrief mit der Wahlentscheidung der Universität bzgl. Neubesetzung der Schmiedeberger Pfarrei (nach Ableben des Priesters Johann Golps). Diese Pfarrei war dem Stiftsherrn Otto Beckmann als Präbende zugeteilt, vgl. Müller, Wittenberger Bewegung, 360f.
4 Kfst. Friedrich III. (der Weise) von Sachsen.
5 Die Ausstellung der Präsentationsurkunde für die Schmiedeberger Pfarrei stand dem Kurfürsten zu.
6 Zweiter Sonntag im Advent: 4. Dezember 1519.
7 Nikasius Claji (aus Herzberg).
8 Hieronymus [Rudelauf].
9 Bernhard von Hirschfeld.
10 Hans von Dolzig.
11 Hieronymus Rudelauf († Samstag, 1. September 1523); kursächsischer Kanzler und Rat; 1509 im kfstl. Dienst; 1512–1523 Kanzleisekretär des Kurfürsten und ab 1518 kfstl. Rat; 1521 Teilnahme am Wormser Reichstag.
12 Johann von Taubenheim (um 1490–1541/42).
13 [Adam] von Thüngen.